sive etiam Castrense Capitaneale Sanocense ad quod prius ex ipsis Citabuntur, ex nunc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante, Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere, respondere, Vadium praetactum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, Seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, Uti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos, Semper peremptorios, Vero infirmitate pro maiori minorennitate Successorum, legatione intra Vel extra Regnum Servitio militari, ad munimenta ad Curiam Velaliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea, Ultra proximos effecit praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis sive Castrensis Capitanealis Sanocensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel biplicatis Evasionibus, suspensionibus, fatalibus Juris, praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Haec sua praesenti personali recognitione ac praemissa omnia et singula mediante. 2/III

Feria Quinta post Dominicam Reminiscere Quadratem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio.

Sławski Korzytko Quietat

1330

Coram Generoso Stanislao Fredro Subdapifero Podoliae in locum infrascripti Generosi Joannis a Sław Sławski Pocillatoris

Terrestr

Terræ Leopoliensis et Vicecapitanei loci præsentis subdelegato, Muneriq hoc Subdelegationis in se bonaq Sua generaliter omnia Vltro libere et beneuole Coassumente, Officioq et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus personaliter Comparens Generosus Ioannes a Staw Starorski, Pocillator Terræ Leopoliensis et Vicecapitaneus Castrensis Præmisliensis Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq Suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni quo ad actum præsentem attinet Seum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subyciendo palam, libere, publice, ac perexpressum recognouit. Quia ipse Generosum Franciscum in Kohorce Korijtko Capitaneum Wgwolnicensem et ipsius Successores, de Summa Quatuor Millium Quadringentorum Florenorum Polonicalium per eundem Generosum Capitaneum Wgwolnicens, sibi Recognoscenti Coram Actis præsentibus Sabbatho post Festum Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo proxime præterito, in et Super bonis generaliter omnibus modo Simplicis debiti inscripta et ad Soluendum assecurata, nec non de eadem ipsa inscriptione debitorea, ac omnibus eiusdem Inscriptionis debitoreæ Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio, ligamentis, ac nexibus generaliter Vniuersis ob Sufficientem et plenariam Sibi Recognoscenti pro præmissis omnibus præstitam Satisfactionem et Summæ Suprascriptæ totalem persolutionem quietat, emittit, dimittit, liberumq et absolutum facit et perpetuo pronunciat Inscriptionem eandem debitoream in toto et totaliter cassat, mortificat et annihilat. Hac Sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Iidem mutuo sese Quietant